Regni Magnique Ducatus Lithuaniæ Instiga-
torum examinanda relinquitur. Prætactæ
vero Transactioni præter rationes alias,
opponitur non solum ordinatio superius
de verbo ad verbum inserta, quam Commis-
sarij S. R. M. et Reipublicæ authoritate in Dis-
trictu Piltensi anno Dñi 1617. die 9. Maij
constituerunt, quaque ab Incolis Districtus
Pilten, ea omnia firmiter observentur,
his verbis cavetur: Hoc in vim legis per-
petuæ sancimus. Atque perpetuitas hæc
foret, si post 30. et aliquot annos Nobiles
privati sua Authoritate, et mutationem eam
publicæ legis vim abrogare possent. Porro
cum in eo negotio illicito consensu S. R. M.
qui tamen non nisi ad sinistram Informa-
tionem impetrari potuit, Domus Ducalis
iactet, Documentorum supra allegatorum
verbis. Cum Ordinibus Regni agat, item
cum sit res, de qua S. R. M. privata au-
thoritate statuere non possit, futuris
Comitijs tractandum relinquit. Cum
Transactio, quam Consensus effectum
sortiri nequeunt, quia publica authoritate
ad quam S. R. M. ipsa Recurrebat, non ful-
ciuntur:

Hoc igitur est, quod Districtus Piltensis Nobiles
ad inconsideratam Confratrem et Coæqualium
Suorum